



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De B. Iohanna Virgine Signae In Hetruria Commentarius Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

A

D

DE B. IOHANNA VIRGINE

SIGNAE IN HETRURIA

AN. 1307

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H. D.

Vitam
B. Iohan-
nae con-
scripserunt

1. Signa olim castrum nunc oppidulum est in Hetruria, ad dexteram Arni fluminis ripam situm, Florentia 12 km. occidentem versus distans (prov. Firenze, mand. Campi Bisenzio). Hic B. Iohanna eremiticam vitam coluit, eiusque corpus, in parochiali ecclesia conditum, a civibus vicinisque maximo honore habetur. Vita eius antiquissima, quam secuti sunt quotquot de beata scripserunt, manuscripta servatur in codice ecclesiae Signensis membraneo, foliorum 9 (0^m,315 × 0,222), binis columnis saec. XV exarato (1). Litteris pictis modice ornatus est, et manu recentiore praefixum est lemma: Beatae Iohannae vita et miracula. Apographum acceperunt nostri saec. XVII exeunte, idque habemus manu P. Iohannis Francisci Vanni exscriptum, in codice bibliothecae Regiae Bruxellensis 8936-38, fol. 123-130, cum commentario (fol. 118-119), quem adumbravit Daniel Papebrochius. Edita tandem est Vita a P. Saturnino Mencherini (2). Codicem rursus contulit P. R. Lechat, eiusque lectionem proferimus, ratione scribendi quam librarius usurpavit servata, praeterquam ubi manifesto erravit.

anonymus,

2. Vita scripta est ab anonymo aliquanto neque diuturno quidem tempore post diem S. Laurentii (10 augusti) anni 1383, qui ultimus est ab eo notatus (3) et, ut videtur, ante annum 1396, quo ope B. Iohannae ab obsidione liberatum est castellum. Miraculum enim quod deinceps ab hagiographis relatum est scriptor Vitae non reticisset. Diligens est in signandis temporibus, et personarum nominibus, et testes rerum narratarum libens adducit. Miraculum de sanata Ducci Aringhi filia hisce concludit: hec omnia enarravit pater predictae puellae mihi hanc legendam conscribenti et edenti ore ad os (c. 23). De domina Lippha: Hec ad litteram testata est ipsa domina Lippha in predicta ecclesia coram multis de populo ipsius terre Signe in die beati Laurentii 1383 (c. 24). Aliud narravit plebanus dicte plebis (c. 25). Guido Lenzi sanatus est et ipse puer cum esset adolescens enarrabat prout a matre et sorore sua habuerat et ipsemet predictorum recordabatur (c. 22). Ita accurate refert miracula beatae post mortem. De eiusdem vita admodum pauca comperla habuit: quod parentibus tenuioribus ge-

nila est, quod dum armenta custodiebat, divino tegebatur praesidio; quod «romitorium» ingressa varios morbos curavit, etiam mortuum suscitavit. Quandonam vivere coeperit et ultimum diem clausurit ignorasse videtur.

3. Anonymo nostro proximus est Antonius Baldovinus de Baldovinis, qui fuit a secretis S. Antonini, archiepiscopi Florentini († 1459). Manu eius scriptus habetur Florentiae, in bibliotheca Riccardiana, codex 1333, quem totum complet opus Del Sacramento dell' Altare, cui breviores sanctorum Vitae insertae sunt, et has inter, fol. 133-138, Vita B. Iohannae de Signa (4). Hanc postquam legit R. Lechat noster, nihil ea contineri rettulit praeter miracula nonnulla ex iis quae refert anonymus, proindeque dignam non esse quae typis edatur. Alios praeter anonymum fontes habuisse videntur frater Andreas Stephani et Iulianus Dati, qui etiam vulgari italico idiomate scripserunt, de quibus nunc breviter dicendum. Non Vitam quidem beatae conscripsit frater Andreas sed canticum seu laudem quae incipit Ave virgo gloriosa, qui est et versus intercalaris quo singulae decem strophae concluduntur. Sub hoc autem lemmate carmen traditum est: Lauda della beata Giovanna dà Signa composta per il Reverendo Frate Andrea Stefani successore di detta beata Giovanna (5). Usus est Vita anonyma, et Miracula addidit:

1° De liberato ab obsidione ducis Mediolanensis castello, anno 1396 (6):

Tu salvasti dalla guerra
Di quel duca di Milano
Che coperto avea il tuo piano
Di soldati e la tua terra.

2° De sanato Francisco de' Fagioli, rectore ecclesiae Signensis.

Tu di Signa il buon rettore
Ser Francesco de' Fagioli
Da mortali ed aspri duoli
Liberasti con amore.

Cum die 9 iunii 1507 ecclesiae S. Mariae Signensi praeesse coeperit Franciscus Fagioli (7), hoc fere tempore scripsisse credendus est frater Andreas. Non obstat quin beatae «successor» dicatur, si in eadem cella commoratus est.

(1) S. RAZZI, *Vite de santi e beati Toscani* (Firenze, 1627), p. 501, librum anno 1441 exscriptum esse asserit ex antiquiore «da un meser Antonio di Puccio, canonico di Cortona e capellano della pieve à Signa». A quonam hoc resciverit non prodit. — (2) *Archivum Franciscanum historicum*, t. X (1917), p. 367-86. — (3) Vita, c. 24, 26. — (4) S. MORPURGO, *I manoscritti della R. Biblioteca Riccardiana di Firenze*, p. 392; A. LÓPEZ, in *Archivum Franciscanum*

historicum, t. IV (1911), p. 749. — (5) Ita in codice nostro 432, de quo mox. Carmen ultimus edidit G. M. BROCCHI, *Vite de' santi e beati Fiorentini*, t. II (Firenze, 1752), p. 382. — (6) BROCCHI, t. c., p. 373: «Quest' assedio si trova descritto negli Statuti di Signa che sono nelle Riformagioni.» — (7) Ita ex serie rectorum a Manni compilata, ap. BROCCHI, t. c., p. 376.

A 3^o *Miraculum traducti a beata tumescentis fluminis in pallio extenso:* tum est, quorum unum solum affert ab Antonio AUCTORE
rectore Sancti Gervasii concinnatum: H. D.

Tu passasti essendo grosso
Il fiume d'Arno in su'l mantello
Per virtù del puro Agnello.

Similia de aliis sanctis legi, nullis melioribus testimoniis comprobata, vix est cur moneamus, nec multum refert ediscere pontem quidem in flumine iniectum transitum praebuisse anno circiter 1266, quo eiusdem effigies expressa visa est in campana (1), sed ante annum 1278, forsitan anno 1269 quo, teste Villano (VII, 34), aquas in altitudinem insolitam accrescere contigit, disruptum esse (2).

Julianus 4. Tum Vitam anonymam, tum fratris Andreae Dati. carmen, sed et alia scripta adhibuit Julianus Dati O. P., qui Romae fuit paenitentiariorum decanus, et anno 1518 episcopus Sancti Leonis in Calabria creatus, in libro qui inscribitur *Leggenda, Vita e miracoli della gloriosa vergine beata Giovanna eremita da Signa di Toscana* raccolta e composta in versi Toscani. *Tres sunt huius Vitae codices: 1^o Codex bibliothecae Nationalis Florentinae Magliabecchianus cl. XXXVIII. 82; 2^o Codex ecclesiae Signensis (3); 3^o Codex bibliothecae Bollandianae 432, fol. 1-56, a doctissimo Antonio Magliabecchi exscriptus ex edito et cum codice collatus (4). In libro Florentiae typis impresso, ut ipse testatur (fol. 56^o) « non vi è ne il nome dello stampatore ne l'anno dell' impressione. Nel frontispizio vi si leggono le sequenti parole: La beata Giovanna da Signa advocata contro alla peste. » In appendice legebatur canticum fratris Andreae Stephani. Huius opusculi praeter codices nullum exemplum nacti sumus. Scriptum est anno 1522, ut ex hisce verbis deducitur:*

E lo spirito santo e benedetto
Di Giovanna beata in ciel montò
Son dugent' anni con quindici appresso (5).

Alio autem loco Iohannam anno 1307 obiisse asserit:

E l'anima nel cielo esser volata

C Nell' anno mille e poi trecento sette (6).

Vitam et miracula beatae enarrat carmine ultra modum proluxo, « in ottava rima », e quo, ne legentibus taedium parere videamur, nulla proferimus excerpta. Miracula quae neque in Vita anonyma neque apud fratrem Andream reppererat, si quis legere cupiat, dilucide exposita quaerat apud I. M. Brocchi (7). Scripta quae nunc deperdita sunt prae manibus habuisse Iulianum Dati cer-

Messer Antonio quel prete rettore
Di San Gervagio, martire divino.

Questo lo scrisse quel messer Antonio
A laude del Signore e della Santa
Come prete discreto, a questo idonio,
Ed io l'hò messa in versi tutta quanta
Perche resti confuso il gran demonio (8).

5. Alia quaedam monumenta serioris aetatis, quae nunc desiderantur, in domo Rectoris Signensis I. B. Luchini se vidisse testatur F. Soldani (9). Ex his profert fabellam de iurgio inter plebem Sancti Iohannis Signensis et plebem Sancti Martini Gangalandensis exorto, utraque beatae corpus sibi vindicante. Re primum delata ad episcopum, Gangalandenses vicisse dicuntur. At cum sollemni pompa deferretur sacrum corpus ad ecclesiam Sancti Martini ad alteram fluminis ripam, stetit illud in medio ponte, nec ulla vi dimoveri potuit. Reductum ergo est ad pristinum locum. Addunt et illud, quod cum nollet Gangalandenses vacuis manibus ad sua redire, brachia saltem B. Iohannae asportare tentaverint; illi autem caecitate percussi, pontem traicere non potuerunt, et Signam cum reliquiis reverterunt (10). Haec retulisse sufficiat. E recentioribus qui de B. Iohanna scripserunt et quibus praesto fuerunt varia quae recensuimus documenta, diligentius eadem excusserunt iam laudati S. Razzi, I. M. Brocchi, F. Soldani, M. Lastrì (11), S. Mencherini (12), qui multa etiam collegerunt ad illustrandum cultum beatae praestitum utilia.

6. De anno obitus B. Iohannae disceptatum est. Sententis eorum qui inani coniectura eam vel medio circiter saeculo XIII vel tempore magnae mortalitatis et pestilentiae (anno 1348) obiisse asserunt non est immorandum. Hoc enim anno iam publice colebantur eius reliquiae (13), et saeculo XIV ineunte in vivis erat. Anno enim 1306 eleemosynam accepit a sodalitate Horti Sancti Michaelis, ut e libro rationum (Entrata et Us-cita) eiusdem oratorii constat: Alla Giovanna romita da Signa portò Chele Lapi Laudese da S. Friano cel. (14). Nihil certe obstat quominus fides habeatur inscriptioni quae anno 1438 in arca sepulchrali depicta est (15), ex antiquiore, ut prona coniectura est:

HIC IACET CORPVS BEATE IOHANNE
HEREMITA DE SIGNA MCCCVII^o.

PETRVS DE GAMBASSIO PINXIT MCCCXXXVIII.

(1) MANNI, *Osservazioni sopra i sigilli antichi*, t. II (Firenze, 1739), p. 118-19; t. XX, pp. 127, 141-42. — (2) *Memorie appartenenti alla vita ed al culto della Beata Giovanna romita da Signa*, Firenze, 1761, p. 16-17. — (3) MENCHERINI, t. c., p. 375. — (4) Die 23 iunii 1688 ad Papebrochium scribebat Raphael Badius, O. P.: « La vita della B. Giovanna da Signa copiata dalla stampata in Firenze e collazionata con Vita ms. dal Sign. Magliabecchi sarà a V. P. Rma trasmessa... » Cod. bibl. Regiae Bruxell. 8936-38, fol. 135. Sunt in eodem codice de ea re aliae P. Badii, Caroli Dati et ipsius Magliabecchi litterae. — (5) Codicis nostri fol. 54. — (6) *Ibid.*, fol. 48^r. — (7) T. c., p. 273-80. Unum addit miraculum (p. 380-81) anno 1728 patratum. — (8) Codicis nostri fol. 33^r, 34. — (9) *Rag-*

guaglio istorico della beata Giovanna da Signa romita Vallombrosana (Firenze, 1741), pp. VIII, 50. — (10) *Ragguaglio*, p. 49-51. Non inepte notat Soldani: « Io per altro sono di sentimento, che queste voci popolari siano nate dal vedersi quelle beate braccia staccate dal corpo; il quale staccamento forse fu fatto per avere i popoli qualche reliquia da portare agl' infermi, e per darla a baciare a i devoti; lo che trovo esser piu volte anticamente succeduto. » — (11) *Memorie*, supra, annot. 2. — (12) Cf. eiusdem *Bibliografia della B. Giovanna da Signa*, in *Archivum Franciscanum*, t. c., p. 374-78. — (13) *Vita*, c. 16, 27. — (14) Apud BROCCHI, t. c., p. 360. — (15) Ap. BROCCHI, t. c., p. 360. Inscriptio etiamnum servatur.

AUCTORE
H. D. Qui eam quadragesimum aetatis annum attigisse putant, argumento ducuntur quod quadragenariam eius effigies referre videtur.

Fuerint cuipiam familiae religiosae ascripta.
7. Quaestio etiam exorta est num fuerit B. Iohanna cuipiam ordini religioso ascripta. Augustiniani enim, Carmelitae, Franciscani, Vallumbrosani suae quae familiae eam cooptare conati sunt (1), grassantibus saeculis maxime XVI et XVII piis latrocinii quibus illi inter se decertabant ut quolos quosque homines cum fama sanctitatis mortuos in sui Ordinis fastos raperent. De B. Iohanna inter Fratres Minores maxime et Vallumbrosanos controversia exarsit, nec validum ab utraque parte pro sua causa allatum est argumentum, de re autem silentium servantibus tum B. Iohannae Vila, tum antiquis utriusque Ordinis monumentis. Infirmam certe ratio est deducta ex colore vel forma vestium quibus B. Iohannae corpus indutum fuisse affirmant. Quales enim hae fuerint in principio incertum admodum est, nec multum dissimile erat indumentum anachoretarum et paenitentium ab eo quod a regularibus vel tertiariis gestabatur. Anno 1720, remota tunica quam Vallumbrosanam esse Gualbertini contendebant, a Franciscanis proprio marte pallium tertii Ordinis sui sacro corpori impositum est (2). Et hisce vestibus indutum per saeculum et dimidium iacuit. Anno vero 1870, die 19 augusti, facta est reliquiarum recognitio, et rursus vestimentorum mutatio fuit, ut ex instrumento authentico habemus: Il corpo della Beata stava tuttora nell' antica cassa, e quindi alla mia presenza (3) levato e tolti gli abiti e i veli che prima l'adornavano, fu riverentemente rivestita di una nuova veste di seta color celeste, con rapporti a fiori e ricamata in oro, con in capo il velo da Vallombrosana e sul petto il crocifisso che teneva anche prima (4). Quo iure asseratur sacras exuvias a vestiariis illis quibuscumque reverenter tractatas fuisse alii iudicent. At vero quis serio contendat postumam vestem sufficere ut ex laico quispiam monachus fiat?

Sacellum B. Iohannae dicatum;
8. Tumulata est B. Iohanna in ecclesia Sancti Iohannis Baptistae in Signa, ubi postea capella ei extracta est. Riccus de Lapo Buccelli, testamento quod mense iunio anni 1348 condidit, decem florenos legavit capellae B. Iohannae quae in ecclesia Signae erigenda erat (5). Die 17 martii 1361, Michael olim Guiducci... voluit et mandavit... quod pro remedio anime suae in capella B. Iohanne de Signa pingatur ystoria S. Honofrii eo modo, forma et similitudine prout picta est dicta ystoria in ecclesia Omnium Sanctorum de Florentia, et etiam pingatur in dicta capella B. Iohanne ystoria domine nostre Virginis Marie quando assumpta fuit in celum (6). Capella

beatae anno 1385 renovata est (7), anno vero 1425 D ampliata, et in eiusdem parietibus, anno circiter 1444, B. Iohannae miracula depicta sunt (8). Saeculo XVI ineunte ipsa ecclesia amplianda fuit.

9. Iam anno 1348 solebant B. Iohannae reliquiae publicae venerationi exponi. Arca ita perforata erat ut a fidelibus sacrum corpus tangi posset (9); brachia autem a corpore distracta populo osculanda praebebantur (10). Varias fuerunt reliquiarum recognitiones. Anno 1385 depositum fuit corpus in arca nova quam picturis ornavit Iohannes di Bono (11); 1438 rursus renovata est arca, novamque depinxit Petrus de Gambassio; 1570 recognitio reliquiarum videtur facta esse, arca non mutata (12); 1620, die 21 aprilis, tertium instauratus est sarcophagus (13); 1720 iterum apertus est, et pes beatae magno duci Cosmae traditus (14); 1870, die 19 augusti, corpus in nova urna depositum est (15).

10. Festorum B. Iohannae quae hodie quoque quotannis celebrantur tum feria II post Pascha, tum die 9 novembris, qui dies obitus est, ab anno 1385 mentio est in libris Signensibus, sed aliquot retro annis huius modi celebrationem inductam fuisse censendum est (16). Ex libro Statutorum municipii Signensis, dies 8, 9, 10 novembris inter feriatis habebantur (17). Die 10 augusti olim sollemnium pompa corpus beatae ad ecclesiam Sancti Laurentii deferrebat. Hic tamen usus currente saeculo XVI obsolevit (18). Fiebat etiam, inde ab anno 1398, die 25 martii, supplicatio in gratiarum actionem liberati ab obsidione Castris Signae anno 1396 (19). De festis sollemnioribus annis 1761 et 1870 celebratis nostrum non est disserere (20).

11. Litteris die 2 ianuarii 1517 Roma datis, cardinales XXI cupientes ut capella B. Iohanne sita in ecclesia plebanie S. Iohannis Baptiste terre Signe Florentin. diocesis, in qua... corpus eiusdem B. Iohanne honorifice reconditum et quedam laudabilis societas inibi instituta existit, congruis frequentetur honoribus, Christi fidelibus qui ad eiusdem capellae conservationem, manutentionem ac munitionem manus porrexerint adiutrices solitas indulgentias concedunt (21). Quod certe cultus ab immemorabili testimonium est, non vero confirmatio. Haec non nisi anno 1798 a summo pontifice Pio, VI impetrata est decreto quod et tabulario S. Rituum Congregationis accepimus (22).

Decretum.

Cum Eques Marcus del Rosso nomine etiam omnium incolarum municipii Signa Florentinae dioecesis humillimas preces porrexerit SS^{mo} D. N. Pio PP. VI pro indulto celebrandi officium et missam propriam B. Iohannae quae in-

(1) BROCCHI, t. c., p. 351. — (2) De his multa apud SOLDANI, p. 65-72, qui pro Vallumbrosanis adversus Franciscanos certat. — (3) Instrumentum subsignaverunt: P. Cesare Giannini, P. M. Montelatici Pievano di Signa, P. Giuseppe Fiammetti Priore di Castello. — (4) Apud MENCHERINI, t. c., p. 372. — (5) Registro d'Or San Michele, Quartiere S. Spirito, c. 53, ap. SOLDANI, p. 58. — (6) Ap. BROCCHI, t. c., p. 365. — (7) Cf. SOLDANI, p. 59. — (8) LASTRI, t. c., p. 45-46. Lorenzo di Bicci eiusque filius Neri di Bicci nomina sunt pictorum, de quibus U. THIEME - F. BECKER, *Allgemeines Lexikon der bildenden*

Künstler, t. III, p. 605-606. — (9) *Vitae* num. 22. — (10) *Vitae* num. 27. — (11) Cf. LASTRI, *Memorie*, p. 49-50. — (12) De his SOLDANI, t. c., p. 65-66. — (13) Instrumentum recognitionis ap. SOLDANI, p. 66-67. — (14) CINGANELLI, ap. MENCHERINI, t. c., p. 371-72. — (15) Instrumentum apud MENCHERINI, t. c., p. 372. — (16) LASTRI, t. c., p. 46-47. — (17) LASTRI, t. c., p. 47, n. 2. — (18) LASTRI, t. c., p. 47-48. Cf. *Vitae* num. 24, 26. — (19) LASTRI, t. c., p. 48. *Supra*, p. 280. — (20) Cf. MENCHERINI, t. c., p. 372. — (21) Ap. SOLDANI, p. 70-72. — (22) *Decreta S. Rituum Congregationis*, 1837-1840, fol. 105, n. 2.

-eunte

A eunte saeculo XIII natalem diem in eodem municipio habuit, audita relatione et voto R^mi Archiepiscopi Florentini (1) compertum fuit memoriam B. Iohannae in benedictione perpetuo fuisse non solum apud municipes Signanos concives suos sed in tota Florentina dioecesi, illius corpus incorruptum adhuc servari, altaria eius nomini fuisse dicata, eamque demum miraculis claram tanquam praecipuam municipii patronam solemniter quinq; abhinc saeculis fuisse veneratam. Facta itaque de hisce omnibus Sanctitati Suae per me infrascriptum relatione, SS^{ms} D. N. ut cultus immemorabilis B. Iohannae a Signa usque adhuc praestitutus interposita apostolica auctoritate probatus sit, benigne concessit ut in die festo B. Iohannae qui dies a R^mo Archiepiscopo Florentino constituendus erit, in tota Florentina dioecesi missa et officium fiat de communi virginum tantum sub ritu semiduplici cum oratione et lectionibus secundi nocturni propriis. Praesens vero decretum per me infrascriptum apud regiam Celsitudinem Magni Etru-

riae Ducis Nuncium Apostolicum subscribi mandavit. Datum Florentiae die 20 septembris MDCCXCVIII.

A. M. archiepiscopus Iconii Nuncius Ap.

AUCTORE
H. D.

12. Quoniam natalis B. Iohannae in festum S. Salvatoris incidebat, eius festus dies ab archiepiscopo Florentino 14 novembris constitutus est. Quando 23 iulii 1803 similis transferendae festivitatis facta est facultas FF. Minoribus Observantibus pro provincia Tusciae, diem 6 aprilis statuerunt. Ad totum Ordinem 13 februarii 1839 festum B. Iohannae extensum est, non tamen ilico celebratum, ut ex collatis calendariis manifestum est. Tandem a Pio IX, anno 1875, fratribus Ordinis Minorum concessum est ut die in martyrologio designato festum B. Iohannae a Signa virginis tertii ordinis sub ritu dupl. min. et cum oratione et lectionibus 2 nocturni propriis a s. m. Pio pp. VI pro provincia Hetruriae approbatus celebraretur (2). In Ordine Seraphico nunc fit B. Iohannae festum die 9 decembris. E

festum
non semel
translatum.

(1) Antonius Martini, el. 25 iun. 1781, def. 31 dec. 1809. — (2) *Addenda breviario Romano-*

Seraphico (Romae, 1875), p. 82-83.

VITA B. IOHANNAE DE SIGNA

E codice ecclesiae Signensis (= S). Cf. *Comm. praev.* num. 1.

Beate Iohanne de Signa vita et miracula.

Iohanna
pluvitis
non ma-
descere
solita,

1. Beata virgo ¹ almaque Iohanna de quodam castro iuxta Florentiam situato (1) exstitit oriunda, et cum in annis pubertatis ² adhuc esset et gregem ovium atque bovum patris sui custodiret, et contingeret pluvias atque grandines descendere, ubi ipsa cum grege suo resideret nullatenus

pluvia vel grando ³ descendebat. Unde confluentibus ad eam custodibus porcorum et aliorum animalium iuvenibus, ad propria post remeantibus et nil penitus essent madefacti vel a grandine lesi, interrogantibus parentibus quomodo evasisent ⁴, respondebant ⁵: « Quia fuimus cum Iohanna (2) ». Crescentibus igitur coram Deo suis meritis, et ipsa in divino fervore cotidie magis inflammata ⁶ heremiticam concupivit vitam. Unde

vitam
eligit
solitariam;

1. — ¹ et prius add. S. — ² tis sup. lin. S. — ³ grando /// S. — ⁴ evasisent S. — ⁵ ressondebant hic et plerumque S. Sic non raro duplicat

litteram s; usque, disscursus, cet. — ⁶ inflamata S.

(1) Castrum in quo nata est B. Iohanna alii opinantur fuisse Signam, alii contiguam Lastram a Signa, alii Gangalandi quae pars est Lastrae a Signa. — (2) Singulari veneratione habita est diuturno tempore quercus sub qua fama erat hoc miraculum contigisse. Quae de hac arbore pie tradebantur notavit Soldani (p. 15-16): « Ammirasi anche oggigiorno nei beni dei Signori Altoviti di Firenze alla Luna una querce di smisurata grandezza, che essere la stessa, quale e' Giovanna ed i pastori ricoperse nel narrato successo, la costante e non mai intermessa tradizione di quei popoli ci assicura, veggendosene fede autentica fatta dai vecchi di quel paese molt'anni sono, nella decrepita età loro. Molte cose raccontansi della medesima querce, che a me sembrano degne di essere riferite. Il terreno intorno alla medesima vedesi incolto, non essendo chi abbia ardire di lavorarlo, stante che sono stati dalla esperienza ammaestrati, che a chiunque è andato sotto la medesima a lavorare con bovi, o abbia vangato per tirarne frutto, gli sono periti gli animali, ed hanno avuto nelle case loro altre disgrazie. È fama poscia

vulgatissima, che trovandosi un pastore sotto la querce per voler far legna della medesima, fu avvertito a non toccarla per esser querce della beata, ma il villano non credendo alle parole, e volendone vedere gli effetti, prese la scure assai tagliente, e salendovi sopra, disse: « O beata, o non beata, voglio tagliare. » Ma non si tosto alzò le braccia, e si accinse all'opra, che cadde precipitosamente a terra con suo grave danno, e fu osservato, che alla scure erasi ingrossato il taglio, che per l'avanti era acutissimo, in modo da non potere tagliare. Il qual fatto vedesi dipinto da Pietro da Gambassi nella cassa, ove riposa il corpo della santa. » Eadem habet Brocchi (p. 355) additque: « Onde pare, che non possa dubitarsi della verità del medesimo, mentre fu reso pubblico colla pittura in tempo, che probabilmente potevano esser vive persone state forse testimoni oculari del prodigio, o pure che almeno l'avevano sentito raccontare da' loro padri come cosa succeduta a' suoi tempi. » Vetusissima quercus quae, eodem teste (p. 353), stabat « dirimpetto al poggio di S. Romolo a Signa, circa due miglia lontano da Malmantile », anno cum

VITA cum in annis esset pubertatis, romitorium situatum ad pedes vallis Signe est ingressa, ubi cum viveret, multa miracula meritis ipsius operatus est Deus, et multo plura post eius mortem (1).

puerum mortuum suscitavit; 2. Cum igitur in hoc romitorio quasi vitam duceret ¹ angelicam, contigit, quod cum quedam nutrix haberet filium ad nutriendum, qui sepius vessabatur a morbo caduco, finaliter mortuus est. Que lacrimis effusa, predicta nutrix ducebat ipsum mortuum puerum ad matrem propriam, et transitum faciens iuxta romitorium beate Iohanne, vocata est a beata Iohanna et interrogata quidnam hoc esset, respondit cum multis lacrimis: « Quia iste filius mortuus est et mortuum reporto ² proprie matri. » Quem virgo Dei beata Iohanna sunsit in braciis suis et subspiciens in celum ingemuit spiritu et post permodicum restituit nutrici a morte ³ resuscitatum.

panem integrum restituit; 3. Aliud insuper operatus est ¹ Deus per eam miraculum. Nam fuit quedam domina Ciava, uxor Doncii de Signa, que morabatur iuxta romitorium alme virginis Iohanne; quem cum uxor ² sua expectaret prandium et panis nundum ³ esset coptus, sunsit predicta domina testes (2) et posuit ad ignem et intus panem fermentatum et nundum coptum; qui cum esset coptus, sunsit de ipso frustrum et tulit ad beatam Iohannam et recuperavit sive tegit testes et supervenienti viro suo voluit sibi ⁴ dare pro prandio residuum, et invenit integrum panem per prius fractum. De quo admirans nimis, cucurrit ad beatam Iohannam interrogans, an sibi aliquid detulisset; que respondit, quod ⁵ sic, scilicet *un pezo di fochacia* (3), et cum patefieret sibi miraculum, precepit virgo Dei humilis ne unquam cuiquam diceret, quamdiu ipsa superviveret.

passerem monoculum, 4. Non solum in elementis, sed etiam in animalibus ostendit Deus potentiam suam per ipsam suam sponsam beatam Iohannam, aliud, dum ipsa viveret, ostendens miraculum. Fuit namque quidam iuvenis, vocatus Anselmus Fei, C populi Sancte Marie de Castello (4) <qui> habebat quandam pullum passeris sibi domesticum ¹ multum, non habentem tamen nisi unum oculum; quem cum portaret et traderet beate Iohanne, restituit ipsa sibi duos oculos habentem, de quo conquerebatur puer dicens: « Reddite mihi pullum passeris meum », mallens habere pullum suum monoculum, quia domesticum ², quam duos oculos habentem et silvestrem

secundum suam exstimationem, non percipiens D miraculum a Deo meritis beate Iohanne factum.

5. Contigit, quod quedam domina, vocata *mulierem a peste sanat.* domina Nuta de Signa, que sepius visitaverat ipsam beatam Iohannam, et serviverat sibi in infirmitate sua, graviter infirmari infirmitate pestilentiali, et cum non iuaretur ab humano subsidio, noctis silentio beata Iohanna apparuit ei et excitavit eam dicens: « Cognoscisne me? » Que respondit: « Non. » Cui ait: « Ego sum Iohanna, cui tam diligenter servisti in mea infirmitate corporali. Nunc autem ad te veni, ut reddam vicem et serviam tibi. » Et addit: « Ostende michi inguinem » (5). Que bracium sublevans ¹, beata Iohanna tetigit inguinem, et protinus a somno excitata, se invenit perfecte liberatam, immensas gratias referens Deo et beate Iohanne.

6. Circa annos Domini M^oCCCLVI erat quidam paterfamilias, Bartolus Taviani vocatus, habens unum suum filium nomine Blasium, etatis annorum sex; qui veniens de agro, scilicet E predictus pater, invenit uxorem suam et matrem predicti Blasii plorantem. Quam cum interrogaret, propter quid lacrimaretur, ait uxor: « Quia filius noster oecatus est. » Quem filium pater vocavit, ut veniret ad se; qui volens ad patrem venire, posuit bracia sua ante se, ne offenderet in sui accessu, et cum sic ad patrem vellet pergere, deviauit; in quo clare comprehendit pater, quod filius cecus esset. Ad cuius infirmitatem volens remediare, duxit eum Florentiam ad duos medicos, qui convenerunt dicentes, quod ille cecus erat et quod nullum erat naturale remedium, quod visum recuperaret. Contristatus vehementer, pater recommendavit eum beate Iohanne, vovens quod, si filius eius liberaretur, *post patris votum sanat.* capud cereum portaret ad eius sepulcrum. Factum est autem, quod cum eadem die ad propria remearet, exclamavit puer dicens: « Iam video. » Interrogavit pater: « Quis te illuminavit? » Respondit puer: « Ille homo, ad quem tu me, pater, duxisti. » Cognovit pater quod filius crederet, quod medicus ipsum liberasset; pater vero F hoc non credit, quia sciebat, quod medicus ipsum non tetigerat, sed meritis beate Iohanne credit filium suum fore liberatum; implevitque suum votum, immensas gratias referendo Deo et beate Iohanne.

7. Quidam vir, cui nomen Nae Amanati, et *Sanat pedem alias rescindendum unius* nomen uxoris eius erat Saxecta, habuerunt quandam filium Iohannem vocatum, qui in tantum in

2. — ¹ educeret ante corr. S. — ² pro add. prius S. — ³ mortem ante corr. S.
3. — ¹ sup. lin. S. — ² uxore corr. S. — ³ e add.

sed del. S. — ⁴ del. S. — ⁵ s add. sed del. S.

4. — ¹ domesticum S.

5. — ¹ prius sublevans b S.

1761 fulmine tacta perit. Eodem loco saeculo XIX sacellum excitatum est (MENCHERINI, t. c., p. 368). — (1) In ipso eremitorio loco seu potius supra ipsam cellam exstructum est postea sacellum vulgo nuncupatum « il Beatino », quod hodieum exstat, cuiusque sub pavimento repertum est anno 1914 cubiculum cum imaginibus B. M. Virginis, S. Stephani et B. Iohannae, saec. XV depictis. Eo loco B. Iohanna ultimum obiisse diem ferebatur. LASTRI, op. c., p. 24. — (2) « Cioè coperchi di terra cotta rotondi, entro i quali si cocavano i pani. » MENCHERINI, op. c., p. 13.

Idem sane ac testus seu testa. — (3) Frustum placentae. — (4) « Nel libro del 1353 della camera fiscale de prestanz. Quart. S. Maria Novella, trovasi nominato Anselmus Fei de Populo S. Mariae in Castello. » SOLDANI, op. c., p. 34-35, annot. Sancta Maria titulus erat ecclesiae castelli de Signa. — (5) Quid sit ingudo (seu inguido, num. 10) declaratur infra, num. 18: « tumefactio sive inflatura ». Vulgari lingua vocant Itali *inguinaia* vel *anguinaia*. Vocabulum ductum est ab inguine quod in ea corporis parte potissimum soleant bubones pestilentes apparere.

pede

A pede¹ infirmabatur, quod secundum consilium medicorum pro sui evasione nullum erat remedium, nisi quod pes a tibia abscederet. Quod² mater audiens media die duxit eum ad romitorium beate Iohanne, subpliciter et devote ipsam rogando pro sanitate filii sui ut³ ad pedes Domini sua oratione intercederet et sua manu pedem sui filii tangeret. Quam ad votum effusa oratione exaudivit⁴ et benedixit matri⁵ et filio dicens, quod in nomine Domini recederent. Factum est autem, quod cum altera die medici venissent, ut pedem abscederent⁶, invenerunt ipsum perfecte sanatum, qui una cum patre et matre gratias referebant Deo, qui per servam suam beatam Iohannam tam mirum operatus est miraculum.

et alterius
pueri.

8. Simile contigit de quodam alio patre, nomen cuius erat Bruno, et matre, cuius nomen fuit Richa, habentibus filium Lapo vocatum, et etatis annorum sex; qui filius in tantum in pede infirmabatur, quod nullum humanum remedium pro sui sanatione inveniebatur. Mater vero de hoc maxime merens erat et tristis, que sic in sui lacrimosa tristitia perseverans, nocte visionem habuit, quod filium suum ad beatam Iohannam duceret. Que cum a somno spergefata esset, suam visionem suo marito sive viro revelavit, exorans, ut predictam visionem opere vellet adimplere, cuius vir in hoc incredulus volebat assentire. Tandem ad¹ instantiam et stimulationem uxoris sue ambo, scilicet pater et mater, suum filium sic infirmum ad beatam Iohannam detulerunt, humiliter subplicitantes, quod eorum infirmum filium subsceperet et pro sui salute² Dominum exoraret. Quorum preces beata Iohanna exaudiens, filium subscepit in sui romitorio, se cum illo recludit, et deprecabatur Dominum pro salute filii, et post restituit filium suis parentibus et dixit eis: « Ite in pace, et Dominus sit vobiscum. » Quem cum parentes subsceperunt, et ad domum propriam cum filio remearent, et iam essent in medio montis sive conste (1) ipsius castri Signe, incepit clamare puer et dicere: « Dimicite me, ut meis pedibus incedam. » De quo parentes plurimum amirantes, ipsum dimiserunt, Deo et beate Iohanne recommendantes³. Qui suis pedibus per multum spatium vie repte incedebat, et perfectam sanitatem infra paucos dies meritis beate Iohanne a Deo optinuit.

Restituitur
umerus
aridus.

9. Anno MCCCXXXIV in mense maii quidam Guido Lencii (2) cum XXXIII esset annorum, et sentiret humerum sinistrum ex toto aridum, non valens eum ducere quoquo¹ modo, recordatus meritis beate Iohanne et quomodo alias

7. —¹ pedem ante corr. S. —² bis sed del. S. —³ et S. —⁴ exaudivit S. —⁵ sup. lin. S. prius patri. —⁶ abscederent S.

8. —¹ in prius add. S. —² salutem ante corr. S. —³ recommendantes sic plerumque S. —⁴ quoque S. —⁵ ad S.

(1) Id est clivus collis. — (2) Cf. infra. c. 22. De eo lege quae habet LASTRI, op. c., p. 61, annot. 2. — (3) Scarperia oppidulum a Florentia 26 km. versus septentrionem distans, exstructum anno 1306, ut refert Iohannes VILLANI, *Cronica*, lib. VIII, cap. 86, ap. MURATORI, t. XIII, p. 424. — (4) Cf. supra. c. 5, annot. 5, p. 284. — (5) Forsan eadem de qua in miraculo proxime praecedenti. — (6) Forsan idem de quo infra num. 21. In

a simili infirmitate eum liberaverat, se beate Iohanne devotissime recommendavit, vovendo, quod si a² predicta infirmitate liberaretur, humerum cum toto bracio de cera sibi ad suum sepulcrum offeret. Qui sine mora quaque, voto emisso, se perfecte invenit liberatum, votum suum, ut decebat, adimplendo.

10. Quaedam insuper domina Lippa Quarti Berti de Lucha veniendo de Bononia Florentiam, ubi fugerat propter pestem, pervenit cum sua chomitiva¹ ad Scharperiam (3), ubi cum esset, filius suus annorum XIII graviter infirmatur infirmitate pestilentiali, scilicet febre cum inguine (4). Sotia vero sua, Antonia vocata et alias meritis beate Iohanne a sui gravi infirmitate liberata, consuluit² predictae domine Phylippe, ut filium suum voveret beate Iohanne, « quia sicut me sanavit, sic spero tuum filium liberabit ». Que votum emisit, ut ubi filius suus melius se haberet, sepulcrum beate Iohanne visitaret una cum filio suo, aliquam oblationem offerendo. Sicque mox emisso voto filius multo melius se habuit, et infra tres dies perfecte sanatum duxit ad beatam Iohannam, suum adimplendo votum.

11. Anno MCCCXLIII quedam domina Antonia (5), filia Nicholai Bandella, infirmabatur infirmitate pestilentiali sub mamilla sinistra, et cum a sorore, scilicet domina Bartholomea uxore Francisci Rerozzi esset visitata et consulta, quod se beate Iohanne recommendaret et voveret quod si liberaretur, suum sepulcrum visitaret et offerret oblationem quam posset: que, voto emisso, semper in melius se habuit, et infra paucos dies invenit se liberatam, et obtulit tortitium cereum, suum adimplendo votum.

12. Quidam homo, vocatus Michael Lili Bandi (6), populi sancti Laurentii de Signa (7), graviter infirmabatur sic, quod aruerant pedes eius et etiam tibie sic, quod se movere non posset. Sic igitur se male sentiens, de sero emisit votum Deo et beate Iohanne, quod si liberaretur, staret ante¹ ymmaginem sive sepulcrum beate Iohanne genibus flexis donec² tortitium quinque solidorum totaliter ureretur. Sequenti igitur nocte visum est sibi quod eius tibie manibus fricarentur et a somno spergefatus sive excitatus³ visum est ei, quod ab omnibus malis humoribus munderetur, et sic eadem hora se invenit liberatum, suum adimplendo devote votum.

13. Aliud¹ mirabile operatus est Deus meritis beate Iohanne. Nam quidam vocatus Fonso de Artimino² (8) tempore quo Anglici stipendio Pisanorum venerunt contra Florentinos (9), quod

10. —¹ chomitivam prius S. —² consulit prius S.

12. —¹ beatam Iohannam prius add. S. —² donet S. —³ excitatus ante corr. et plerumque S.

13. —¹ alii ante corr. S. —² Artimio ante corr. S.

libro Operae B. Iohannae de Signa, ad annum 1385, fol. 4, legitur, ut refert LASTRI, op. c., p. 56: « Michele Gigli Camarlingo del comune in detto anno. » — (7) Ecclesia Sancti Laurentii in Signa olim parochialis fuit. — (8) Artimino, comune di Carmignano, prov. Firenze. — (9) Vide Philippum VILLANI, *Cronica*, lib. XI, cap. 62-63.

VITA

A peste
liberatur
puer

E

ac
mulier.Sanantur
pedes
aridi.

F

Captivus
a vinculis,

fuit

VITA fuit MCCCLXIII mense augusti ³, fuit ab ipsis Anglicis captus ⁴, ab ipso redentionem exigentibus, non sibi possibilem solvere. Qui cum eis negaret se solviturum sive se posse solvere, ligaverunt eum et post stergha ⁵ manus eius posuerunt, promittentes eidem, quod de mane subsponderent ipsum. Qui in timore et tristitia non parva positus vovit se beate Iohanne, quod si a predicto periculo liberaretur, portaret ad suam ecclesiam tortitium et tam diu teneret in manu acensum, quod totaliter esset consutus, et semper etiam teneret funem ad collum suum. Mira res! quod statim, voto emisso, se invenit a vinculis absolutum, et cum usque ad planities Pistorii affugisset et ab hostibus visus, ipsum insequentibus, abscondit se in quadam fovea, et cum ab hostibus et ipsorum canibus esset perquisitus, minime est inventus. Unde suum adimplevit votum, diu supervivens beate Iohanne devotus.

mulier ab osse strangulante, 14. Quedam ¹ domina Data, uxor Acorsini, vescebatur cum viro suo capud porci, et cum os huius quoddam capitis detineretur ex traverso in gucture suo, et iam sibi videretur esse in punto mortis, ducta fuit circa secundam horam noctis ad sepulcrum beate Iohanne, et cum braciis predictae beate Iohanne fricatum est guctur eius. Mira et amiranda res! statim ipsa os per os expuit, et liberata fuit.

vir quidam a vermicanē, 15. Quidam ¹ de Tignano (1) de teritorio Pistoriensi ² habens infirmitatem vermichanis sive de Iurmochane (2), vovit beate Iohanne, quod si liberaretur, omnes panos, quos indutos habebat, beate Iohanne offerret. Qui statim inveniens se liberatum, suum adimplevit votum.

alius a peste liberantur. 16. Quidam ¹ insuper homo de Signa, vocatus Franciscus Nerozzi, tempore pestis, videlicet MCCCLVIII, dum graviter infirmaretur infirmitate pestilentiali, nam in pectore habebat malam bullam (3), rogavit Valentiam suam uxorem, quod beatam Iohannam rogaret, ut intercederet pro ipso ad pedes Domini, ut ab ipsa infirmitate liberaretur: unde factum est, quod predictus Franciscus Nerozzi visionem nocte habuit quod predicta uxor ² sua ³ sibi apparuit dicens: « Rogavi beatam Iohannam pro te, et iam non possum plus; feci quod potui. » Statimque ille a somno excitatus se invenit liberatum.

Mulier calumniam passae 17. Quedam venerabilis domina de Signa, cuius nomen pro maiori honestate tacetur, suum peperit filium, vocavitque nomen eius Laurentium. Qui cum trium esset mensium et in ulnis matris sue teneretur, inde transitum fecit, scilicet ubi mater et filius erant, quedam domina Symona, uxor Bacharii, que ait ad matrem filii: « Non puto videre diem, ut tu alium ¹ habeas filium. » De quo mater amirans siscitabatur ab

ea quare hoc dicebat. Que respondens ait: « Quia D multi multa dicunt, concludentes istum non esse filium tuum nec viri tui. » Que contristata et mesta nimis, de sero immediate superveniente posuit se cum multis lacrimis ante ymmaginem matris Domini beate Virginis, rogans beatam Iohannam, ut Virginem benedictam exsoret, ut filium de viro suo ipsa haberet, et si masculus esset, ipsum Iohannem vocaret, si vero femella, vocaret Iohannam. Contigit, quod non obstante quod vir suus per annum ² stetisset ³ sine copula matrimoniali, emisso tali voto uxoris, statim post vir cognovit uxorem suam; que concepit et peperit filiam, vocavitque nomen eius Iohannam iuxta votum quod ⁴ voverat. Acta sunt hec MCCCLXXII in exitu mensis aprilis cum credulitate parentum, quod fuerit miraculosus iste conceptus et meritis beate Iohanne operatus.

18. Anno MCCCLXVI, regnante tempore pestilentiali, quidam homo vocatus Maçingus Iohannis, populi plebis Signe, febres pestilenciales patiebatur cum inguidine sive thumefactione sive inflatura (4). Qui cum iam per tres dies talia esset passus, recordatus meritis beate Iohanne, voto vovit ei, quod si liberaretur, ymmaginem hominis de cera sibi offerret. Factum est autem quod semper in melius se habuit, et infra paucos dies ab omni langhore fuit liberatus, et suum devote adimplevit votum.

19. Idem homo, scilicet Maçingus Iohannis, in tantum thumefactus fuerat capud eius, quod visum perdiderat; pater vero eius, cuius nomen erat Iohannes Figli, duxit iuxta sepulcrum beate Iohanne dicens: « Videsne ipsum? » Qui respondit: « Non. » Unde pater arripuit manum filii et per ipsam optulit in sepulcrum aliquam pecuniam; et eadem hora, antequam predictus esset ¹ extra ecclesiam, lumen et visum perfecte suscepit, immensas gratias Deo et beate Iohanne referendo.

20. Quidam insuper Iohannes faber habebat porcum unum in tantum infirmum, quod ab omnibus convicinis consulabatur, cum non esset spes vite, quod ipsum porcum interficeret. Qui exiit ¹ locum, ubi erat porcus, quasi desperans et dicens: « Pro certo male mihi videtur, quod interficiatur. » Et eadem hora visum est sibi, quod a Deo sibi diceretur: « Vove ipsum beate Iohanne, et si evadet, porcum de cera portabis ad eius sepulcrum. » Qui cum fide, emisso voto, accessit ² ad porcum porrigens sibi panem ad comedendum, et comedit ³ et cibum post illum alium sunsit, et infra duos dies fuit liberatus; recognoscens gratiam a Deo meritis beate Iohanne.

21. Quidam vocatus Michael Gili (5) habebat quendam bovem in tantum etiam infirmum, quod in suo stabulo deficiebat et morti appro-

³ agusti S. — ⁴ cactus S. — ⁵ eius add. sed del. S.

14. — ¹ quedam S.

15. — ¹ quidam S. — ² Pistoriensis prius S.

16. — ¹ quidam S. — ² in marg.; in textu

soror del. S. — ³ suas ante corr. S.

17. — ¹ alius prius S. — ² anno prius S. —

³ stetisse prius S. — ⁴ quo S.

19. — ¹ sup. lin. S.

20. — ¹ exit S. — ² accessit S. — ³ commedit S.

(1) Stignano, comune di Buggiano, prov. di Lucca. — (2) « Venetus item alius nobilissimus vir, cum uxore gravissime infirmitate illa quae vulgo vermischanis dicitur, circum guttura corrodebat. » Ita AUGUSTINUS FLOREN-

TINUS, in *Historiis Camaldulensibus*, inter Miracula S. Parisii. Act. SS., Iun. t. II, p. 485, num. 10. — (3) Anthracem pestilentem intellegebat PAPERBROCHUS. — (4) Cf. supra, c. 5, 10. — (5) Idem sane qui supra, c. 12.

A pinquabat¹; qui ductus per agros, ut aliquid² de herbis summeret, nil penitus summebat: tandem, pertransita quadam vinea, pervenerunt ad quandam ficulneam, ubi bos habuit opposita folia ficulneae virentia et undique eum circumstantia³; tamen bos nullum signum ostendit quod aliquid summere vellet. De quo non modicum contristatus dominus suis eadem hora emisit votum ut ubi bos pasceretur et comederet, portaret unum bovem de cera ad sepulcrum beate Iohanne, emissoque voto eadem hora bos sunsit cibum et habuit se continue in melius, donec perfecte fuit liberatus.

puer paralyticus,

22. Anno MCCCXLVIII contigit, quod cum quidam Guido Lenzi (1) de Signa parvulus adhuc esset octo annorum et manibus paralyticus, mater sua vocata domina Iohanna et soror sua domina Ciava duxerunt ipsum ad sepulcrum beate Iohanne, devote exorantes beatam Iohannam pro sanitate pueri, et per quandam aperturam submicentes bracia pueri infra sepulcrum beate Iohanne, sic quod manus eius pretiosum corpus et sanctum chadaver¹ tetigerunt, ad cuius tactum statim liberatus est, et liber fuit omnibus diebus vite sue. Hoc ipse puer, cum esset adolescens, enarrabat, prout a matre et sorore sua habuerat, et ipsemet predictorum recordabatur.

puella distorta sanatur.

23. Quidam, qui vocabatur Duccius Aringhi (2), de populo plebis Signe, habuit quandam filiam, que vocabatur Laurentia, que cum esset parvula et a matre de cunabulis extraeretur, et pannis lineis dislegaretur, semper ipsa puellula manus suas post stergum et ad renes ducebat, ostendens in sui corpore vitium non modicum naturale. De quo valde contristatus videns pater recommendavit¹ eam beate Iohanne, faciens votum, quod si contingat eam liberari, duceret ipsam puellam ad sepulcrum beate Iohanne cum tortitio quinque solidorum. Mira et amiranda res! Factum est, quod in prima filie a matre dislegatione ipsa puella duxit bracia ante et more aliarum puellarum sanarum; pater vero suum adimplevit votum, immensas gratias Deo et beate Iohanne referendo. Hec omnia enarravit pater predictae puellae mihi hanc legendam conscribenti et edenti ore ad os.

Alia sanae menti restituitur.

24. Contigit, quod quedam domina de Signa, vocata domina Lipa Nardi, graviter¹ infirmaretur sic, quod in sui infirmitate perdidit potentias intellectivas, quod neminem sue familie agnosceret, nec cuiusque recordaretur: que cum a suis esset ducta ad plebem sive ecclesiam, ubi erat sepultum venerabile corpus beate Iohanne, et a plebano predictae plebis cum reliquiis², scilicet bracciis ipsius beate Iohanne fuisset signata et tacta, mox ipsi domine Lippe reddita

est perfecta³ sanitas, sicque suis pedibus, omnes adfines suos recognoscens, ad domum propriam remeavit. Hec ad litteram testata est ipsa domina Lipa in predicta ecclesia coram multis de populo ipsius terre Signe in die beati Laurentii MCCCXXXIII^o.

25. Narravit plebanus dicte plebis, fidem faciens in sinceritate conscientie¹ sue, quod cum ipse gravissime infirmaretur, et in tantum crevisset eius infirmitas, quod ambo medici, qui ad sui sanationem magno pretio essent conducti, iudicassent ipsum infra paucos dies moriturum, cum nullum viderent humanum remedium, ipse se devote recommendavit beate Iohanne, promittens, quod ubi de predicta infirmitate liberaretur, omni anno in die sancti Salvatoris (3), scilicet sui obitus, coleret et solenizaret festum ad sui laudem et magnificentiam. Qui mox obdormivit et visum in sompno est sibi, quod quedam manus eum tangeret et suum corpus totum perquireret; qui postquam a sompno exstitit excitatus, sanum et liberum se invenit, immensas gratias referendo Deo et beate Iohanne. Qui postquamdiu vixit, suum adimplevit votum.

VITA

Sanatur plebanus a morbo periculoso;

E

26. In die beati Laurentii anno MCCCXXXIII magno populo existente in plebe Signe, ubi est venerabile corpus sepultum et tumulatum, venit quidam homo genibus flexis sive genibus utens pro pedibus, nihil habens super nuda nisi familiaria sive pannos genitales, portans in manibus tortitium acensum de cera. Qui cum usque ad sepulcrum beate Iohanne pervenisset et interrogatus fuisset, quid sibi contigerat, respondit: «Hodie sunt quinque edomade, quod in hac ista hora febres pestilenciales invaserunt me cum thumefactione, que in signum pestis consuevit apere; unde cum me moriturum infra paucos dies exstimarem, nisi divinum ausilium per intercessionem alicuius sancti iuvarer, recommendavi me beate Iohanne, vovens me facturum quod iam me videtis adimplere; mira inquit, res, quia emisso predicto voto, perfecte me¹ percepi liberatum.» Homo vero ille vocabatur Michael, derisorie vero Regholetto, populi Santi Mori (4). Gratias igitur Deo et beate Iohanne.

alius a pestifera febre.

F

27. Anno Domini MCCCXLVIII, scilicet tempore¹ magne mortalitatis et pestilentie, deficientibus multis ex defectu alimentorum, medicinarum et servitorum, et non solum ex charentia predictorum deficiebant in corporalibus, sed etiam in spiritualibus, non valentes sacramenta habere Ecclesie; insurrexerunt quidam de Signa ad opus pietatis et ad subplendum predictos defectus numero XXIII^o, quorum capud et promotor vocabatur Hugo (5). Omnes simul ive-

Inter sodales

21. — ¹ appropinquat S. — ² adliquid prius S. — ³ circumstantia S.
22. — ¹ chadaver prius S.
23. — ¹ recomendavit S et deinceps.
24. — ¹ gaviter prius S. — ² reliquis S. —

³ perfectecta prius S.
25. — ¹ conscientie S.
26. — ¹ me /// S.
27. — ¹ temporis S.

(1) Idem ille videtur qui supra, c. 9. — (2) «La famiglia d'Aringo è di Gangalandi, e nella chiesa di S. Martino a Gangalandi aveva sepoltura, siccome altra ne ha nel carmine di Firenze.» LASTRI, op. c., p. 55, annot. 2. In libro censuum Sanctae Mariae Novellae ad annum 1364 legitur nomen Ducii Aringhi (LASTRI, p. 56,

annot. 2). — (3) 9 nov. — (4) San Mauro, comune di Signa. — (5) «Tale fu il principio e la fondazione della Compagnia detta dello Spirito Santo, la quale presentemente sussiste accanto alla chiesa di S. Lorenzo a Signa.» LASTRI, op. c., p. 40, annot. 2.

-runt

VITA runt ad conventum Silvarum ordinis fratrum beate Marie de Monte Carmeli, qui est ex opposito ipsius castri Signe, ad quandam fratrem dicti ordinis famosum valde in sanctitate et vocatum fratrem Petrucium (1), qui fuit prior provincialis in sua provincia Tuscie: qui habito ipsius consilio, in primis omnes confessi sunt et sunserunt sacramentum corporis Christi de manu ipsius fratris Petrucci preter unum ipsorum, qui vocabatur Morozzo Tendi Mori de Signa, qui mendaciter dixit se fore confessum. Et post omnes induti sunt panno albo, et promissa fide inter eos, quod unus in opus pietatis non deficeret alteri nec cuiquamque alteri ² egenti iuxta suam possibilitatem, circuibant per castrum Signe, discurrebant ³ per comune et territorium Gangalandi et perambulabant usque ad castrum Empoli (2), Montis Lupi (3) et per omnes regiones illas, subvenientes et iuvantes omnes quotquot reperiebant male se habentes tam in spiritualibus quam corporalibus operibus, quorum multi melius se habuerunt. Cum hiis igitur sanctis ⁴ operibus suam ducerent vitam, contigit, quod processio generalis, videlicet multarum villarum et castrorum, fieret et reduci post multos discursus ad Signam in ecclesia plebis, ubi est sepultum venerabile corpus beate Iohanne, et ibi sunt celebrata missarum solemnia, clamantibus populis ad Deum, ut pestis cessaret

unus non confessus,

B

et ut Deus propitius esset eis. Sacerdos vero, D qui missam celebrabat, dedit populis utriusque sexus reliquias, scilicet bracia beate Iohanne, ad obsculandum; et cum predictus Morozzo, qui non solum hiis diebus <non> fuerat confessus, ut mendaciter dixerat, ymo nec ante per annos XX, vellet aporinquare ad sanctam reliquam beate Iohanne et ipsam cum ceteris obsculari, retrocessit per passus plures, quasi ut homo repulsus ac ⁵ retrocessus et cum a consotiis increparetur et induceretur ad accessum ⁶ ad obsculum, iterum secundo aporinquare, et cum prope sanctam reliquam esset et plures etiam passus et plures prioribus simili modo et retrocessisset et cum tertio aporinquaret, vehementior fuit eiusdem retrocessus, et sic graviter ad terram cecidit, et cum tanto strepitu et terribili sono quod apparuit, quod magna pila caderet: quasi homo violentissime impulsus et ad terram a demone prostratus; qui a suis erectus, confessus est peccata sua multa coram populo enormia valde, et quomodo per XX annos non fuerat confessus. Et post infra tres dies moriebatur. Ostendit igitur Deus, quam graviter sit puniendus, qui ad sua sancta accedit male cum ipso dispositus, et quam pretiosum et sanctum sit atque veneratione dignum pretiosum corpus beate Iohanne.

ad obsculandas reliquias accedens

tertio repellitur

et confessus moritur.

² auteri S. — ³ discurrebant S. — ⁴ santis S. — ⁵ ad prius S. — ⁶ accessum S.

(1) De fratre illo Petruccio haec habet SOLDANI, op. c., p. 58: « Fra Petruccio (così chiamato per soprannome) che fu il primo loro direttore, aveva nome Pietro di Lapo, e morì nel medesimo anno, come apparisce nel Libro dei morti Carmelitani della Provincia di Toscana alla p. 21, num. 26: *Frater Petrus Lapi Sacerdos, et Confessor famosus, obiit in Conventu Silvarum anno 1348, fuit Provincialis duobus annis, et in tertio capitulo resignavit officium Provincialatus.* Ho detto, come per soprannome si chiamava F. Petruccio, perchè nell' indice del medesimo libro in vece di vedervi espresso *F. Petrus*, si legge *F. Petruccius*. E dal predetto Libro apertamente

si deduce, come il detto F. Petruccio era stato Provinciale del suo Ordine avanti, e non dopo il 1348, come si legge nel testo latino. » Errore enim factum est ut vox *postea* insereretur. Anno 1336 Provinciale designatum esse fratrem Petrum Lapi constat ex Actis Capituli generalis illius anni: « Ordinato provincialium: ... Tuscie fr. Petrum Lapi. » (*Acta Capitulum generalium Ordinis Fratrum B. V. Mariae de Monte Carmelo*, ed. G. WESSELS, t. I, Romae, 1914, p. 33; cf. *ibid.* in annot., locum Necrologii Florentini paulo aliter relatum). — (2) Empoli, prov. di Firenze. — (3) Montelupo, prov. di Firenze.

C

F

DE B. LUDOVICO MORBIOLO

CONFESSORE BONONIAE

COMMENTARIUS PRAEVIUS

C. AN. 1485

H. D.

§ 1. De fontibus historiae B. Ludovici.

De beato Ludovico scripserunt

1. Primus et praecipuus e scriptoribus qui B. Ludovici Morbioli gesta litteris tradiderunt, fuit Baptista ille Hispaniolus « sacrae theologiae doctor, philosophus, insignis poeta et orator celebrissimus (1) », a patria Mantuanus vocitatus. Is, anno 1448 natus, Carmelitarum institutum am-

plexus est anno circiter 1466. Lector in monasterio Sancti Martini Bononiensi anno 1472 constitutus, ad prioris officium in conventu Mantuano gerendum vocatus est anno 1479/1480. Vicarius generalis Congregationis Mantuanae electus est anno 1483, ad quod munus iterum assumptus est anno 1489, et quater deinceps ann. 1495, 1501, 1507, 1513. Eodem anno 1513 totius Ordinis Carmelitani generalis electus, triennio post Mantuae, cum fama sanctitatis obiit (2). Plurima latine conscripsit

Baptista Mantuanus,

(1) Ita TRITHEMIUS in *Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum*. — (2) Florido AMBROSIO, *De*

rebus gestis ac scriptis operibus Baptistae Mantuani, Torino, 1784; W. P. MUSTARD, *The Eclotum*